

manducanda carne sua dixerat Christus, putantes A eum concisam suam carnem, & aut altam, aut elixam ad manducandum datum esse. Respondisse igitur Christum carnem suam spiritualiter, id est sob iacramento intellectam, ac sumptam vitam dare; carnaliter, quemadmodum Iudei intelligebant, nihil profuturam, ad hunc fere modum Athanasius in orat. in verba illa. *Qui dicit se verbum in spiritum factum non remittisse.* Chrysostomus homil. in Ioannem 43. August. in Plal. 98. Beda, Theophylactus, & Euthymius. Sic intelligendum quod dicit Augustinus. Non hoc corpus, quod videtur manducatum esse, & hinc cum sanguinem, quem effudit, qui me crucifigunt. Sacramentum aliquid vobis commendat spiritualiter intellectam vitam usque ad vos. Est necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi. Quibus verbis quia haereticis ad erroris sui confirmationem abutuntur, demonstrandum est non ita intelligenda, quae velut Augustinus dicit e nos non revera, sed sacramentum, aut fide tenus, ut haeretici volunt, carnem Christi manducare, & sanguinem bibere, sed hoc tantum significare, nos non carnaliter, non visibiliter, non denique modo ceterarum carniarum, sed sub sacramento, sed invisibiliter, sed adminando, & inexplicabili quodam modo manducatos. Primum eodem modo Chrysost. Theophylactus, & Euthymius, ut diximus, quod Augustinus, interpretatur, & tamen certum est Chrysost. Theophyl. & atque Euthym. in ea, qua omnes Catholici sumus, fuisse sententia, ut crederent veste, ac re ipsa carnem Christi a nobis sumi, si quis dubitat, quod nemo doctus dubitabit. Chrysostomus legat hom. in Math. 23. Theophylactus hoc loco, & Euthym. in e. Math. 26. ergo & Augustinus eodem modo intelligendus. Quin ipsius in lege Augustinum concion. 1. in Plal. 33. dubitare desinet eum de presentia in Eucharistia corporis Christi minime dubitasse. Quid enim aliud illa eius verba declarant? *Eserebatur in manibus suis.* Hoc vero fructus est quae nuda possit fieri in homine, quae intelligat? *Quae non potest autem in manibus suis manibus aliorum potest per carnis bonum, manibus suis non potest.* Quo modo intellatur in ipso? *Quid se videndum literam, non in manibus, in Christo autem invenimus. Etebatur enim Christus in manibus suis, quae nuda commendantur ipsi in corpore suum, aut. Hoc est corpus verum.* Etebatur enim illud corpus in manibus suis. Dicant Caluistae, quomodo odo Augustinus dicit Christum tulisse corpus suum in manibus suis, si non sentiebat re ipsa in eo esse sacramentum, quod Apostolis porrigebat? Etebatur, inquit, figura, non veritate. Eodem modo non solum David, sed alius etiam quilibet homo se ipsum, id est figuram corporis sui in manibus suis ferre poterat, quid enim repugnabat? Atque Augustinus id Christi fuisse dicit, quod nemo alius facere poterit. Legat eundem Augustinus. epistola. 130. & in Plal. 98. *Vbi docet neminem carnem Christi in Eucharistia accipere, quin eam prius adoret.* Nam quod Caluistae responderent solent adorari carnem Christi a sumentibus non in Eucharistia, sed in caelo, ramineptum, atque ridiculum est, ut refutationem non egeat, & verendum non est, ne quis credat, qui modo sane sit mentis. Noluit igitur in loco illo Plal. 98. Augustinus dicere, aliud corpus Christi, quam quod discipuli videbant, manducatum fuisse eos, sed non eo modo, quo videbant, id est non visibiliter, non carnaliter manducatum. Vitatum enim non solum apud Ecclesiasticos auctores, sed in ipsis etiam factis litteris est, ut rem vnum duobus modis se habere duas vocent, aut duplicem esse indicent. Sic D. Paulus duplex corpus nostrum esse dicit, animale ante resurrectionem, spirituale post, cum vnum tamen, idemque sit

172. 22.

1. Reg. 27. 33. secundum Septuaginta.

Mat. 26. 26.

Rem vnum duobus modis se habere duas vocent, aut duplicem esse indicent.

corpore, *Seminatur, inquit, corpus animale, surgit spirituale.* Si est corpus animale, est & spirituale. 1. Cor. 15. 46. Sic Hieronymus loquitur in commentariis in epistolam ad Ephel. cap. 1. *Dupliciter, inquit, sanguis Christi, & caro intelligitur vel spiritualis illa, atque divina, de qua ipse dicit. Caro mea vere est carnis, & sanguis meus vere est carnis, & Nisi manducaverit meam carnem, & sanguinem meum biberit, non habebit vitam aeternam, vel caro, & sanguis, quae crucifixa est, & qui militis effusus est. Iuxta hanc divisionem & in sanctis eius dicitur sanguis, & caro accipitur, ut alia sit caro, quae visceribus salutare dicitur, alia caro & sanguis, quae regnum Dei non queat perdere. Non significat utique hęc etiam carnem esse carnem Christi, quae in Eucharistia a nobis sumitur, aliamque crucifixam est. Quod ne Caluistae quidem dicunt. Quod enim non Eucharistia prodeleat, si non eadem esset, atque illa, quae fuit crucifixa, cum propterea nobis proficit, quia fuit crucifixa, sed signatur eandem carnem alio modo fuisse crucifixam, nimirum visibilem, patibilem, alto autem modo in Eucharistia manducata inuisibilem, impatibilem. Id ex exemplo, quo vitur manifestum est. Nam in Eucharistia enim verba sumuntur, sed aliter se habet ante resurrectionem, ut modo dicebamus, subiecta miteris, subiecta passioibus, subiecta peccatis, quomodo regnum Dei possidere non potest, aliter post resurrectionem ab his omnibus liberata. Nam si eodem non esset caro, non esset veritas nostram carnem resurrexeram, quoniam non haec eadem, quae cedit in terra, sed alia pro ea danda nobis esset. Necessi fuit paulo longius haec dicere, ut Augustinum auctoritatem nostram ab haereticis vindicaretur. Redeamus quoniam ad interpretationem loci. Multi graes antea in ea videntur expoluisse, quasi caro non pro vera carne, sed pro carnali hominis ingenio, & spiritus, non pro spiritu vero, sed pro spirituali, & deo possit in demillato homine sumi, sed loquitur, quae hominis ingenium ex carnali spirituali reddens, efficiat ut percipiat, quae sunt Dei, hoc est viuificat: caro non prodigi quaequam, id est carnale ingenium, humana ratio nihil iuuat, sed potius impedit ad percipiendum divina mysteria. Itaque non explicare Christum quomodo carnem suam ad manducandum daturus esset, aut quo modo caro sua a nobis manducata datur vitam aeternam, quod Iudei intelligere non poterant, sed eos reprehendere, quod mysteria, quae illi de carne sua manducanda proponebat, carne, id est humana ratione, carnalique ingenio mententur, ideoque intelligere non possent, intellectos fuisse, si non carne, sed spiritu, id est fide ducerentur. Dum tamen haec placuit interpretari, nec omnino modo displicet, & quia ita etiam Tertullianus in libro de carne & carnis, ceterae Cyprianus in lib. de Cena Domini interpretantur, eamque interpretantur Chrysostomus hoc loco ceteris praefert: & quia videbam apud ead id, quod agebatur continere, ut Christus suum totum tarditer, carnalique ingenium reprehenderet, causamque declararet, quam obrem quae illi dicebat, intelligere non possent, quemadmodum alio loco non intelligebimus, quae dixerat, discipulis dicit, *adhuc & vos intelligitis ista?* Math. 16. 16. & quia in hanc sententiam dixerat ver. 37. *Omne quod dicit mihi dicit, ad me veniat, id est qui fide crederent, ad me venit, mihi credit, qui vult se opte ingenio, humanisque rationibus, quasi suis peccatis, ad me veniat, peruenire non poterit, & ea capere, quae doceo, & ver. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: & quia paulo post ver. 45. dicit, *Patrem dicit vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi pater dixerit****

172. 22.

1. Cor. 15. 46.

Mat. 16. 16.

172. 22.

datum a Patre meo. Vbi similiter ratione reddidit, quare quae illi dixerat, intelligere non possent: & quia obferuamus in litteris sacris, quosque caro, & spiritus opponuntur, carnem non pro carne, sed pro homine, aut ingenio, & natura carnali hominis, & spiritum non pro spiritu, sed pro homine spirituali, aut spirituali hominis ingenio, atque natura sumi. Innumerabilia exempla notari possunt. Math. 16. 17. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, & ca. 26. 41. Spiritus promptus est, caro autem infirma.* Ioan. 3. 6. *Quod natum est ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est.* Roman. 8. 1. *Qui non secundum carnem ambulat, & veri. 6. Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax.* Galat. 4. 29. *Quomodo rati quae secundum carnem nati est, persequatur eum, qui secundum spiritum: & quia haec sententia maxime displicebat haereticis, maxime mihi placebat. Video tamē nonnullis postea Catholicis displicuisse, quia etiā nihil me eorum rationes mouent, pertinaciter repugnare nolo. Nam quod dicunt, cum semper ante de sua Christus carne locutus fuisset, credendum non esse eodem orationis contextu significationem variasse, & carnale hominis ingenium vocasse carnē, non solum nihil habet pondus, sed potest etiam contra ipsos retorqueri. Nam & nomen spiritus eodem contextu prius ponitur pro Christi diuinitate ipsorum opinione, cum dicit, *spiritus est, qui viuificat, proximo verbo verbis pro verbo Christi, aut pro modo illud intelligendi spirituali, ut idem ipsi interpretantur, verba quae ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Et in eo potius verlat vis, & gratia sententiae, quod acute Christus nominis iudicari ambiguitate. Quasi dicat vos miramini, quod dixerat datum me vobis carnem meam manducandam, idque creditu difficile putatis, non in mea, sed in vestra carne difficultas, & impedimentum credendi est, quod vos ipsi caro, non spiritus, id est carnalis, non spiritualis sitis ingenio. Quominus mihi quam tolebat, & gratia sententiae, quod explicauimus, intelledam interpretationem sequi. Nam quod vnum in ea desiderari diximus, ut magis esset ad id, de quo agebatur accommodata, id etiam habet, si bene intelligatur. Nec enim Christus, cum haec dixit, quaestioni illi respondere voluit ver. 52. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? sed verbis illis discipulo ver. 60. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* durum autem dicebant esse sermonem, quia dixerat neminem vitam habere posse, nisi carnē suam manducaret. Itaque docet qua ratione caro sua vitam tribuat, non quia caro, sed quia cum spiritu coniuncta est. Itaque probabiliter D. August. existimat haec verba Christum non omnibus auditoribus, sed totis discipulis suis dixisse, postquam ceteri recessissent, verba, *quia ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, id est, non de sola, & nuda carne, quemadmodum vos intelligitis, sed de carne diuino plena spiritu, de spiritu viuificante sunt intelligenda, sola enim caro nihil prodest, cum spiritu vero coniuncta viuificat, ut supra ex Ammonio, & aliis multis auctoribus dicebamus, sic Cyrillus. Atque hic verus est sensus. Hoc tantum in hac interpretatione ducitur videri potest, quod in solens apparet, ut verba spiritus appellentur, id est de spiritu intelligenda. Sed desinet durū, insolentique videri, si recordemur saepe in scriptura substantiuam pro adiectiuo, & adiectiuam pro substantiuo poni, non permanens spiritus motus in homine, quia caro est,***

Claro faceret apparet quid sit scriptura

Substantiuam pro adiectiuo, & contra substantiuam pro substantiuo

A id est carnalis, & caro, & sanguis, id est homines carnales regnum Dei possidere non possunt, & quod natum est ex carne, caro est, id est carnale. Et quod natum est ex spiritu, spiritus est, id est spirituale. Haec phraei dicit Christus verba sua spiritum, & vitam esse, id est spiritualia, viuificabilia, salutaria. Pingimus ergo dixisse, quod scimus dicere voluisse. Verba mea spiritualia sunt, nemo credo dubitaret sensum esse spirituales esse, id est de spiritu, non de sola carne dicit, & de spiritu, & vita, aut de spiritu viuificante esse intelligenda. Spiritum enim, & vitam dixit Hebraico more, pro spiritu viuificante, ut constat ex verbis praecedentibus, quibus illa respondet, *Spiritus est qui viuificat.* Alias supra interpretationes attrigimus Chryl. Augustini, Bedae, Theophylacti, Euthymij, Rupertij, *Spiritus & vita sunt, id est spiritualiter intelligenda. Quam interpretationem, quamuis sensu alio, haeretici attriuerunt. Nam auctores illi Catholicici, ut diximus supra, non eo sensu dixerunt haec verba Christi spiritualiter intelligenda esse, quod non re ipsa carnem eius manducate iuberemur, sed quod non carnali modo manducate. Haeretici vero interpretantur spiritualiter intelligenda, id est figurate, metaphoricę, quod non re ipsa, sed sola fide apprehensione manducemus, quod ablutum penitus est. Quis enim vnquam isto modo locutus est, ut spiritualiter diceret, pro metaphoricę? Sane si ita loqueretur, magis spiritualiter spurcissimus quales Poeta, quam Christus loqueretur, quia magis metaphoricę, & figurate loquitur. Et ut fingamus ita quemquam locutum esse, quid erit, *Vita fuerit* an vitaliter intelligenda? hoc enim postulat consequentia, quod nescio an quisquam audire sine risu queat.*

64. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.] id est, causa cur quae de carne mea dixi, non intelligatis, non est in re ipsa, quod difficilis intellectu sit, sed in vobis, quod sitis increduli. Sic Augustinus, Beda, & Rupertus, *Durus est hic sermo, dicebant illi, Durus est, inquit, August. ser. 2. de verbis Apostoli, sed increduli, & in Plal. 98. *Durus est hic sermo, ipse, inquit, etiam dixi, non sermo. Si non dure essent, dicerent ab illo, quod illis dicebantibus, qui remanserunt, dicerent. Notat id August. tract. in Ioannem 27. non dixit Christus, sunt quidam in vobis, qui non intelligunt, sed causam, inquit, dixit, quare non intelligant, Sunt enim quidam in vobis, qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit, nisi credideritis, non intelligetis.**

Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes, & quis crediturus esset eum.] Nonnulli Graeci codices legunt, *sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credentes, quemadmodum & Cyrillus legit, contrario quidem sensu, sed eodem pene redeunte. Vtrumque enim sciebat Christus & qui credentes, & qui non credentes essent, nec vnum sine altero scire poterat. Sed si legamus, ut Cyrillus legit, qui essent credentes, intelligendam esse reddi causam, quam obrem non dixit generatim, sed adiectiuo, quae ad Christum d. cum fuerat, ut ostenderet se cognitas habere animorum cogitationes, ac proinde Deum esse, ut Cyrillus, Leonius, & Theophylactus adnotauerunt. Ad quid mihi id cognouisse, cum tam aperte murmurasset? Primum illam ipsam mutationem Christum non audiri cognouit, ut ex ver. 61. manifestum est. Deinde cum dicit, *quidam*, indicat eos non credentes, etiam non murmu.*

Carol. 6. 1. ad Cor.

172. 22.

172. 22.

